

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Svmmvla Selectarvm Qvaestionvm Regvlarivm

Bonagratia <von Habsheim>

Friburgi Brisgoiae, 1665

Habitvs

[urn:nbn:de:bsz:31-160625](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160625)

determinatam & coarctatam habent à jurè,
 vt per seipfos non possint nisi tantum mino-
 ra negotia determinare, maiora verò ad
 Prælatos Superiores deferant, qualia sunt
 licentià ad SS Ordines, instituere Prædica-
 tores & Confessores, dispensare vel absol-
 uere in casibus referuatis pro foro externo,
 grauiora supplicia infligere, & id genus
 alia, de quibus diuersis titulis in hac Summ.
 V. Absolutio quoad FF. V. Dispensare. V. Index.
 V. Prælatus.

Virtute Priuilegiorum, quæ referun-
 tur in Comp. V. Guardianus. & V. Prælatus.
 ait Mirad. vbi supra, a. 4. prædictos Guardia-
 nos habere ita plenariam auctoritatem cir-
 ca sibi subditos, ac Generalis in toto Ordine,
 & Prouincialis in tota Prouincia, in
 quibus eorum potestas non est limitata &
 coarctata. Sed quia nostræ Constitutiones
 expressè huiusmodi Priuilegijs renuncia-
 runt, insuper & potestatem Guardianorum,
 vt in præmissis ostensum est, diuersimodè
 restrinxerunt, non est vt vltra prædicta eam
 extendamus.

HABITVS.

210. *Habitus Religiosi Priuilegium primum.*
 211. *Secundum.* 212. *Tertium.*
 213. *Quartum.* 214. *Quintum.*
 215. *Sexum.* 210. *L. 1.*

CCX.
Habitus
Religiosi.

210. **L**icet Habitus non faciat Monachum, sed Professio & vita Regularis. *c. Ex parte. de Regul. c. Quia ingredi-entibus. De Testam.* habet tamen insignia Privilegia, quæ recenset Lezan. *V. Habitus Regularis.*

Privilegi-
um Pri-
mum.

Privilegium primum est, quòd illum temerè dimittentes sint excommunicati Excom. maiori non reservata. *c. 2. Ne Clerici vel Monachi. in 6.* Habitum dimittere dicuntur, non solum qui realiter ipsum deponunt, verum etiam ita illum tegunt aut occultant, vel superinduendo alium, vel mutando partem illius, quòd amplius cognosci nequeant, tanquam Religiosi talis Ordinis. Temeratia verò dimissio dicitur, quoties fit sine rationabili causa, & cum contemptu Regulæ seu legis, id est, non obstante prohibitione publicâ; siue in perpetuum, siue ad tempus fiat dimissio, ad finem scilicet liberiùs vagandi. Secus est, si fiat ex causa iusta v. g. vestem lauandi, aut mundandi, vel causa morbi: vel vt ait Gl. recepta, metu mortis vel periculi, aut mali alioqui grauioris, captiuitatis scilicet, seruitutis, carceris, ignominia, dedecoris, &c.: vt si Religiosus per loca hæreticorum, vel aliorum, christiani aut Religiosi nominis, hostium transiret. *Lezan. 10. l. 6. 14. P. Co-*

riol.

tioli, de Casibus referu. p. 2. casu 2. n. 16. 17. &
 18. P. Elig. 10. 1. V. Apostasia. n. 4. cum Nau.
 6. 27. Man. n. 131. excusat etiam à censura,
 eum, qui se vestibus spoliatur, vt dormiat, vt
 melius studeat, vt quiescat, vt ludat, vt sal-
 tet, saxum deferat, &c. hic enim non dici-
 tur habitum dimittere ad se occultandum,
 vel incedendum, sed vestibus se spoliare;
 etiam si assumat alium ad breue aliquod
 tempus, quod Sanch. l. 6. Moral. c. 8.
 n. 55. putat esse spatium vnius horæ.

211. Secundum Priuilegium est, quòd
 habitus proprius vnius Religionis non pos-
 sit gestari à Religionis alterius Ordinis. Pro-
 hibitiones Pontificum contra gestantes ha-
 bitum Minorum; Vide in Comp. Priu. Mend.
 n. 4. & 5. vtrum incidant in censuram, qui
 suæ Religionis habitum dimittunt, assu-
 mentes habitum alterius Ordinis; Item
 de portantibus habitum consimilem Capu-
 cinis, Annotat. Capuc. Ibidem & in fine Comp.
 Bull. Greg. 14. Et Regest. Bullar. ad fin. 10. 2.
 Annal. Capucin.

212. Tertium, quod Sæculares ludibrio-
 sè, seu ignominiosè vtentes habitu Religio-
 so, peccant mortaliter, & grauius puniri
 possunt. Auth. de Sacros. Episc. §. vlt.
 Coll. 9.

213. Quat-

CCXI.
 Secundus.

CCXII.
 Tertium.

CCXIII. 213. *Quartum*. Quartum, quòd fideles Sæculares in habitu Religioso sepeliri volentes, possint id facere etiam contradicentibus Parochis, ex concessione Sixt. 4. pro Minor. In Bulla. *Apostolica mansuetudinis*, apud Rodriq. to. 2. qq. Reg. q. 76. a. 8. Vbi etiam inhibentur Prælati & Rectores Ecclesiarum sub pœnâ excommunic. canonica monitione præmissa, incurrendâ, & soli Papæ reseruata, ne taliter sepeliri volentes, quouis modo impediunt, sed permittant illos patenter, absque pallio & tegumento super imposito, ad Ecclesias & locum sepulturæ in habitu huiusmodi deferri, iure Ecclesiarum saluo.

CCXIV. 214. *Quintum*. Quintum Priuil. Sæculares curâ eo decedentes, Indulgentias varias consequuntur. Quoad FF. Minores Léo. 10. *relatus in Comp. Priu. V. Indulgentia, quas possunt lucrari Sæculares rat. habit. n. 6.* concessit, quòd morientes in dicto habitu cõsequantur Indulgentiam plenariam. n. 7. idem extendit ad morientes & sepeliendas cum habitu sororum tertiæ Regulæ S. Francisci, sub obedientia Generalis & Prouincialis degentium. Circâ hanc clausulam, *Vide dicenda V. Sorores Terriaria. n. 8.* declarauit sufficere prædictum habitum petere, ac super se vsque ad mortem habere, ac in eo sepe-

liri,

liri, etiam si ante mortem non induatur. Has concessionis viuz vocis oraculo factas, etsi Lezan. l. e. cessare dicat, videntur tamen non inualidæ, secundum ea, quæ alibi de huiusmodi oraculis diximus.

215. Sextum, Ipsum osculantes, con- **CCXV.**
 quuntur Indulgentias quinque annorum, *Sextimum.*
 & totidem quadragenas, ex concessione Ioan. 23. In Comp. vbi supra. n. 9.

IEIUNIVM.

216. Ieiunium includit vnicam in die refe-
 ctionem & à carne abstinentiam.

217. Tenemur ad Ieiunium duplici præcepto,
 Ecclesie & Regule.

218. Ieiunij modus. 219. Dispensatio.

216. **A** Duert. Præcepto Ieiunij duo **CCXVI.**
 includi inter se omnino distin- *Ieiunium*
 cta. Primum est, vt vnica tantum in die, *in quo*
 hoc est, à media nocte ad mediam noctem, *conijctus*
 fiat comestio. Alterum est, abstinentia à
 carne, & ab his, quæ à carnibus sementi-
 nam trahunt originem. i. Denique. dist. 4.
 vti sunt oua, caseus & lacticia. Ab vtro-
 que stante necessitate, nos excusat Regula
 c. 3. siquidem necessitas est manifesta, ita vt
 cui que discreto & pio viro dubia non exi-
 stat,

X

stat,